designatur. Per duo
uero intellectus et ope-
ratio exprimitur.
Plus ergo habuit qui
duo quam qui quinque
talenta percepit.
Quia qui per talenta quin-
que exteriorum amminis-
trationem meruit ab in-
tellectu interiorum
adhuc uacuus fuit.
Unum ergo talentum quod
intellectum significari
diximus illi dari debuit
qui bene exteriora quae
acceperat ministrauit.
Quod cotidie in sancta
ecclesia cernimus. quia
plerique dum bene minis-
trant exteriora quae
accipiunt per adiunctam
gratiam ad intellectum

et habundabit. Ei autem
qui non habet et quod
uidetur habere aufere-
tur ab eo. Habenti namque
dabitur et habundabit.
quia quisquis caritatem
habet etiam dona alia
percipit. Quisquis carita-
tem non habet etiam dona
quae percepisse uidebā-
tur amittit. Unde ne-
cesse est fratres mei ut
per omne quod agitis
et erga caritatis custodiam
uigiletis. Caritas autem
uera est et amicum di-
ligere in deo et inimicum
diligere propter deum.
Quisquis hanc non ha-
bet omne bonum amittit
quod habet. Talento
quod acceperat priuatur.